

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas an  
cum fonte primo

Qui humilis est corde, et indigniorem se aliis arbitratur,

nunquam desiderat superior apparere.

Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.

Crisostomus.

Nam desiderium primatus ex jactantia nascitur cordis:

qui autem humilis est corde, et indigniorem se aliis arbitratur,  
secundum illud praeceptum apostolicum, quod ait:

*Alter alterum aestimans superiorem se,*

*numquam desiderat superior apparere* (*Rom. 12.3 et Philipp. 2.3*).

Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se odit.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaenum*, 35  
(PG 56, col.829-230).